

probe facta sunt. Adhibuerunt collectanea haec ante me Carli, qui codicem sibi visum beneficio Cortenovii tribuit Iacobo Lombardi (quamquam Polensia ea quoque quae Gravisio accepta refert ex eodem Utinensis codice videntur proficisci), et Vergottin. Ipse Anonymus ad n. 82 adscripsit eum titulum inventum esse a. 1771, unde constat de aetate.

XIII. De CARLIO vide supra p. 2. Ad Polam quod attinet, praeter codicem Utinensis quem adhibuit, titulos ipse excepit Polae a. 1750 diligenter, sed paucos.

XIV. Bartholomaeus VERGOTTIN *de' primi popoli e delle antichità Romane di Pola nell' Istria*. Venetiis 1795. 4. pp. 52. Liber nullius fere pretii, utpote quo expilentur Irenaeus et Carlius; propriam non habet nisi falsam n. 10<sup>a</sup> fictam, ut suum nomen antiquo splendore illustraret.

XV. Petrus STANCOVICH *dell' anfiteatro di Pola*. Venetiis 1822. 8. pp. 144. Exempla quae proponit in tabulis non solum imperite excepta sunt, sed ne libera quidem ab interpolatione (vide praesertim n. 455). Schedae auctoris mihi non visae servari dicuntur Barbanae apud Delettios (cf. *Saggio di bibliografia Istriana*. Capodistriae 1864. p. 102. 268).

6 Polae in abbatia di Cannelto rep. statim periit.

aSCLEPIO · AVG  
SACR  
IVVENTIVS · EVTYCHES  
LOCVM DATVM

Barsan descripsit (inde Kandler 1862 n. 688).

1 SCLEPIAV traditur; emendavit Kandler in schedis. — 4 malim DAT PRO DATVM.

7 litteris non bonis. Polae rep. 1827 in una cantina di proprietà del capitolo ORTI. Extat in museo.

EVANCELVS sic  
COLONORVM  
POLENSIVM  
BORIAE V · S · L · M

Contuli. Ed. Orti *antica lap. ined. Istriana* (Veronae 1836. 8) p. 5 qui vidit (inde per ephemer. Henzen 5945); Savelsberg *rhein. Jahrb.* 27, 145 descriptam a Dubusco; Kandler *archeogr. Triest.* 1, 119, inscr. n. 172.

4 Boriam volunt Boream ventum eundemque, qui hodie per illas partes dicitur Bora aquilo violentissimus; et verum est reperiri tam apud Graecos quam apud Latinos sequiores formas Βορρᾶς et Bora.

8 Polae in museo.

E I A E sic  
AVG  
c N s  
SEVEK  
NA  
V e S

Contuli. Kandler ms. et Istr. 1846 p. 28 (inde Henzen 5891) et inscr. n. 166.

9 Polae al sito dell' antica chiesa di S. Giovanni nell' arsenale.

HERCVLI · AVG  
SACRVM

Kandler ms. et 1862 n. 689.

10 ara Galesani rep., deinde ex dono parochi per Kandlerum illata museo Polensi.

ISIDIS · INPERIO  
asciae, patera, sistrum, cistella  
baculus cum aliisque Isiaca  
serpente, Isiaca  
alia  
genius alatus  
pantheram  
quae videtur  
ducens  
instrumenta Isiaca  
Q LVTATIVS  
IVCVNDVS

Contuli. Ed. Kandler n. 171.

11 Polae in marmore fracto extra urbem SAN. RED.

IOVI  
CONSERVATORI  
SACR

Duo exempla extant, Sanuti et Bembi. Illud proponunt cod. Redii B n. 21 (inde omnino Donius app. 13 ex antiquo ms.; ex Donio Carli 2, 129 cf. p. 148; ex Carlio Kandler n. 160); Veronensis n. 30; Bembus f. 83 v.; Bellon. A f. 31'. A Bembo ex lapide exceptum legitur apud eum f. 4'. 88. 109'.

Sic Bembus de visu. — Initio adhaesit ex alio titulo B · M apud Bell. — 2 CONSERVATORI Red. Bellon., CONSEQUATORI Sanutus Ver. et Bembi. — 3 SACER Red., SACRVM Bell.

12 ara, fortasse Polae.

IOVI  
CONSERVATORI  
SA CR  
DIOCLES · AVG · LIB

Kandler ms. et ed. n. 161, non ex Carlio, ut ait in ed. (nam hic non habet); immo ex lapide excepisse Kandlerum intellegitur ex schedis eius, in quibus repperi inter descriptas de lapidibus collocatam post Polenses certas, ante infra referendum titulum Augusti ex vico S. Canciani illatum in museum Tergestinum.

XVI. STEINBUECHEL, de quo dixi supra p. 2, Polensia quaedam et agri Polensis edidit in annalibus Vindobonensibus (*Wiener Jahrbücher*) a. 1820 et 1829, quorum haec missa ab Iohanne Carrara Polensi etiam scripta repperi inter schedas musei Vindobonensis.

XVII. Hieronymus ORTI *Veronensis illustrazione di una antica lapida inedita Istriana*. Veronae 1836. 8. pp. 20.

XVIII. KANDLERI *cenni al forestiero che visita Pola* (Tergeste 1845. 8. pp. 158) nihil profuerunt; ibidem ex codice bibliothecae Marcianae editi dialogi duo *sulle antichità di Pola* scripti a. 1600 non magis utiles mihi fuerunt. In Polensibus Kandlero maxime inservierunt schedae Iohannis BARSAN advocati Polensis, qui donec Polae degeret diligenter describere solebat quidquid ibi eruderabatur; alia habuit a Rizzio et Gregoruttio.

XIX. Ipse Polam adii bis a. 1857 et 1866. Praeterea praesto mihi fuerunt Barsani quaedam, item quae descripserunt in museo Baumeister Hamburgensis, Bergmannus Brandenburgensis, Ludwig iam Lipsiae degens; sed cum plerosque titulos eos et ipse viderim, haec raro adhibui.

13 Polae apud ecclesiam S. Germani. — Gaide in muro australi horti D. Mariae BRIX.

I · O · M  
C · IVLIVS · CRY  
SOGONVS · EX  
VOTO · FECIT

Sanutus servavit. Habent Redianus B n. 11 (inde Donius app. 12 ex ms. ant., ex Donio Kandler n. 164); Ver. n. 7; Bembus f. 89 r.; Bellon. A f. 32 r.; Sabinus n. 6; Martyr n. 8 (inde Smet. 147, 23; Grut. 15, 8); Brix. p. 10 (inde Rossi mem. Bresc. p. 80); Marulus n. 92; Ligorius ms. Taur. 13; cod. Ambros. C. 61 f. 81; Mur. 4, 6 ex schedis suis. A prioribus Carli 2, 129.

Vv. divisio incerta; sequor Bembum. — 2 CRY · SOGONVS libri scripti omnes, nisi quod GRYSO · GONVS Red., CHRYSOGONVS Lig.

Cf. n. 61 v. 16.

14 poco lungi da Cissa [quam collocant ad promunturium dictum punta Barbariga] scoperta dall' abate Bradamante di Dignano CARLI scoperta presso a Dignano a S. Michiele di Bagnolo; Bradamantis nepos dedit Zoncae, Zonca Kandlero, Kandler museo Tergestino ZONCA. Ibi hodie extat.

C · LAECANIVS  
IALYSVS  
IOVI · OPTIMO urceus  
MAXIMO

Contuli. Carli 3 p. XXXII acceptum referens Bradamantio Dignanensi; dalla Zonca in Kandleri Istria 1846, 168; Labus in actis maioribus Vindobon. 1, 337; Kandler *espl.* n. 10 p. 7 et syll. n. 162.

15 extra Dignanum primo miliario ad ecclesiam S. Luciae.

I O V I  
O · M  
M · TITIVS  
MAXIMVS

Dalla Zonca apud Kandlerum ms. et in Istr. 1846, 170 et syll. n. 163; repperit Franceschi.